Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26398
Copyright: Admont, Benediktinerstift

tumores nocturnos. i. ne timores incutiant ei dæmones.
Secuntur uerba doctor de ea docentis Ferculum
fecit sibi rex salemon. Xpus uerus rex pacificus fecit sibi
ferculum. i. lectum ad cubitum. De lignis lybani. i. ex patri
archis & regibus uirgine elegit. in qua ut in lecto recubuit.
ipse positus ad cubitum quia fidelis de carne quam de uir
gine sumpsit epulantur. Columpnas eius fecit argenteas.
Columpne quibus fulcitur uirginis uita. fuerunt quatuor euangelia. de ea
septa. quibus argentea. ueritate uidelicet nitida. & predicatione
sonora. Reclinatorium aureum hoc fuit corpus dominicum de ea
supterum. in quod diuinitas se reclinauit. Quod fuit aureum. scilicet
sapientia & caritate ornatum. Ipsa ea uirgo fuit recli
natorium in cui xpus se reclinauit uterum aureum. splendore
castitatis fulgidum. Ascensus purpureus. scilicet crux fuit.
in qua nobis filius eius sua passione ascensum ad celos fecit. Media
caritate stratum. i. communem uitam eius dulcedine caritatis
repleuit, propter filias ierlim. i. ad imitationem fidelium. Ideo
filie syon. i. anime filie ecclesie egredimini de uita carnali
uersatione. & uidete oculis cordis regem salemonem. i. xpm
uerum pacificum. in diademate quo coronauit eum mater sua. i.
in mortali carne qua circumdedit eum mater sua MARIA.
in die desponsionis illius scilicet in die natiuitatis. quando des
ponsauit ecclam. uel in die passionis. quando posuit pro illa
animam. & in die letitie cordis eius. i. in die resurrectionis
eius. quando eadem uirgo & apli tantum fuerunt letificati. quantum